nec facien, ac praemissa omnia pernis simplicitus vel implicati, evasionibus, suspensionibus, fatalijs Iuris, praescriptione Terrestri bello, contentioneq ac alijs omnibus, Iuris remedijs et defensis nō subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo Hac sua praesenti personali Recognitione ac praemissa omnia mediante.

Vniatycki Kopystynskim Conniugibus Donat et Statuet.

Comparens personaliter coram officio castrensi praesenti Castren Capitan Praemisliensi Gnosus Stanislaus Vniatycki olim Gnosi Stanislai Vniatycki Dmitrowicz filius, sanus mente et corpore existens, a terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusq suis quibusvis proprijs et competen recedens, praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemisliensi Iurisdictioni quoad actum hunc attinet seum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subijciendo palam libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse bona sua propria et haereditaria infrascripta videlicet Quartam agri Sawczynska seu Karczmarzowska dictam de tertiam cum parte ad eandem Quartam agri adiacen inter metas ex vna Nobilis Semion Vniatycki ex altera vero parte inferius nominandi Donatarij sui, Item nizey Cerkwi Dzialki Cwy, bez dwoch zagonow in loco dicto Zadnia Dabrowa inter metas ex vna infrascripti Gnosi Donatarij, ex altera vero olim Nobilis Theodori Popiel Leskowicz in bonis Villae Vniatycze Terra et Districtu praesenti Praemisliensi iacen et consisten cum omni praemissorum Iure, Dominio, proprietate et haereditate, tituloq haereditario, cumq omnibus et singulis, bonorum eorundem vtilitatibus, fructibus, proventibus, reddititibus, commodis, emolumentis, obventionibus, attinentijsq et pertinentijs generaliter vniversis, nihil ex praemissis Iuris, Dominij, proprietatis, haereditatis, ac cuiusuis competentiae et praerogativae pro se Recognoscente suisq successoribus, aut quopiam alio reservando seu eximendo, verum prout eadem bona ipsemet Recognoscens tenuit, habuit, et possidebat ita

Conniu

concernebant, ac eidem legitimè serviebant. Ante exnunc eadem facto Gnosis Alexandro Kopystynski et Theodorae Iasinska Coniugibus eorumq posteris dedit, Donavit, inscripsit, et resignavit, prout dat, donat, ac titulo puro mero perpetuo et irrevocabili Donationis inscribit et resignat perpetuo et in aevum irrevocabiliterq. In quod quidem bona suprascripta prout per se Recognoscentem donata praemissa omnia in idem Recognoscens Gnosus Stanislaus Vnatyski praenominatis Gnosis Alexandro Kopystynski et Theodorae Iasinska Coniugibus Donatarijs suis eorumq posteris iam exnunc et defacto coram officio praesenti dat et admittit realem Intromissionem et actualem pacificamq possessionem, per Ministerialem quemcunq competentem et Nobiles duos die quacunq convenienti officio recognito acceptant, per ipsos Gnosos Kopystynskie Coniuges Donatarios suos eorumq posteris habere eadem bona praeter donata, cum omni Iure, Dominio, proprietate, competentiaq et praerogativa quavis, tenendi, habendi, et possidendi, illisq quiete et pacifice utifruendi ac ad suos suorumq successorum, quosvis beneplacitos usufructus, libere, et effectualiter convertendi, perpetuo et diuternis temporibus. Debebitq et tenebitur memoratus Recognoscens, prout se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus, summisq quibusvis pecuniarijs habitis et habendis, suprascriptis Gnosis Kopystynskim Coniugibus Donatarijs suis inscribit et obligat praesentibus, ipsos et eorum successores in dictis bonis praetensis possidentes, donatis praemissisque omnibus, et ratione eorundem omnium, ab omni et quavis impetitione Iuridica, quarumcunq personarum, cuiuscunq conditionis status et sexus. Quibusvis existentes ex occasione suprascriptorum modo quovis exoriunda, per omnes praescriptiones Terrestres, prout ad quamlibet personam Terrestris spectat et pertinet praescriptio in omni Iudicio et officio Regni semper toties quoties opus fuerit tueri, defendere, evincere, intercedere et eliberare, indemnesq eorum posteris reddere, nec non bona praefatas

praefatis

p[rae]sen[tibus] resignata, ab omnibus in genere Iuribus, et Inscriptionibus prioribus et posterioribus, super eisdem bonis p[rae]sen[tibus] per se Recognoscentem donatis quibuscunq[ue] personarum modo quovis factis et facien[dis], item etiam a quibusvis Citationibus super eadem bona p[rae]missaq[ue] omnia p[rae]sen[tibus] resignata importatis et importandis, Luicione, Evictione et Perlucris, processibusq[ue] Iuris quibusvis, in quocunq[ue] puncto et gradu Iuris dependen[tibus], et In quovis Iudicio et Officio Regni obten[tis] et obtinen[dis], ac super praemissis omnibus p[rae]sen[tibus] resignatis modo quovis perductis et perducen[dis], emundare et eliberare, mundaq[ue] et libera semper facere, ac etiam Intromissionem p[rae]fatam coram Officio p[rae]senti admissam, in fundo bonorum p[rae]fatorum p[rae]sen[tibus] resignator[um], dum per Ministerialem et Nobiles duos officiose requiretur non denegare, imo debebit et tenebitur eandem libere dare, et effectualiter admittere, dataq[ue] et admissa eadem possessionem et usumfructum praemissorum omnium et singulorum quovis modo, tam per se quam per suas quasvis submissas et subordinatas personas non praepedire, ipsosq[ue] Donatarios suos ac ipsorum successores in dictis bonis p[rae]sen[tibus] resignatis tam in toto quam in quavis minima parte non inquietare, ita ut eadem bona p[rae]missaq[ue] omnia cum vniversis eorundem vtilitatibus et usufructibus ipsens Donatarij, sui cum suis posteris, quiete et pacifice p[rae]sentis Inscriptionis Donatoriae vigore tenere, habere et possidere queat, illisq[ue] vti, frui possit, perpetuo et in aevum irrevocabiliterq[ue], Idq[ue] sub Vadiniis Terrestribus simpliciter absq[ue] corporali Iuramento taxan[dis] et edicen[dis] per eundem Recognoscentem vel eius posteros, suprascriptis Donatarijs suis aut illorum posteris, ob non completionem praemissorum omnium et singulorum tam in parte quam in toto, toties quoties opus fuerit ad Iudicium succumbentis. Nihilominus iisdem Regni Nostri Stanislaus Vniaty[...]

Successores in et super bonis suis generaliter omnibus summisq[ue] pecuniarijs quibusuis habitis et haben[dis] supra scriptis Generosis Alexandro Kopystynski et Theodorae Jasinska Coniugibus eorumq[ue] posteris inscribit et obligat p[rae]terea, Nobilem Anastasiam Jaworska Consortem suam cum personali assistentia sui Recognoscentis et duorum amicorum proximiorum intra decursum duodecem Septimanarum, ad Consentiendum per ipsi super p[rae]sen[tem] Inscriptionem Donationem de Juribus suis Reformationis et Aduitalitiali Ad Acta quaevis authentica Regni vim perpetuitatis in se habentia, vel in euentum mortis Successores ipsius adducere et personaliter statuere, ab eaq[ue] vel eius Successoribus ut praemissa debite exequantur efficere, Idq[ue] sub similibus Damnis Terrestribus simpliciter absq[ue] corporali Juramento taxandis et edicendis per eundem Recognoscentem siue eius posteros supra scriptis Generosis Kopystynskis Coniugibus Donatarijs suis vel eorum Successoribus, ob non statutionem eiusdem Consortis suae statuendae vel in euentu mortis successorum illius, pro tempore et loco superius expressis ad soluendum succumbendis. Pro quibus quidem damnis Terrestribus, simpliciter absq[ue] corporali Juramento taxatis modo praemisso ad soluendum succubitis ac pro re aliqua principali ex praemissis non completa complenda Citatus existens memoratus Recognoscens Generosus Stanislaus Vniatycki olim Generosi Stanislai Vniatycki Dmitrowicz filius, siue eius Successores, ad Instantiam praefatorum Generosorum Alexandri Kopystynski, et Theodorae Jasinska Coniugum legitimorum Donatariorum suorum, vel eorum posterorum ad Officium praesens Castrense Capitan[eale] Praemisliens[e], extunc recessu supra scripto quoad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termin[o] tanquam peremptorio stare, comparere, respondere, obstacula Terrestria luere, Inscriptioni huic satisfacere

cere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seq ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat ptens, illum terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes causae eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum, Legatione intra vel extra Regnum, servitio militari, ad munimenta, ad evictorem vel alijs quibusuis dilationibus, et legalibus impedimentis non differendo. Ad Quietationem vltra proximos Officij, praesentis Castren Capitan Premislien Terminos, Dilationem sibi non recipien nullasq motiones, appellationes, ac earum prosecutiones facien ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis, euasionibus, suspensionibus, fatalibus Juris, praescriptione terrestri, bello, conuentioneq, ac alijs omnibus Juris remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo aliquouis euadendo, Haec sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Golanscy Harczewskim Debnt.

Comparentes personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal Premislien Gnosi Thomas Golanski et Sophia Korzeniowska Coniuges legitimi sani mentibus et corporibus existentes, a Terris, Districtus, Juribus, Jurisdictionibusq suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo. praesenti vero Castrensi Capitaneali Premislien Jurisdicti quo ad actum hunc attinet, se cum successoribus ac bonis suis gratis omnibus totaliter et plenarie incorporando, atq subijciendo palam, libere, publice, ac per expressum recognouerunt. et quilibet illorum recognouit. Quia ipsi Gnosis Joanni Harczewski et Helenae Wronowska Coniugibus legitimis eorumq posteris summam Quinq Millium florenorum Polonicalium monetae et numeri in Regno currentis, quemlibet florenum propter Triginta Polonicalibus computan et numeran certi veri iusti et liquidi Debit mutuatiq apud ipsos per se Recognoscen